

*Anselm
zu Osnabrück*

135

OTIA
CAMENIS GRATA
CANVNT
VIRO
PRAECLARISSIMO DOCTISSIMOQVE
**IOANNI CHRISTOPH
GVNTERSBERG**
ARTIVM LIBERALIVM MAGISTRO
MERENTISSIMO
MVNVS SVBRECTORIS IN LYCEO
QVOD TORGAVIAE FLORET
COLLATVM
PIE GRATVLANTES
COMMILITONES ET AMICI
QVI
MODERANTE
VIRO EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMOQVE
IOANNE FRIDRICO HILLERO
POESEOS IN ACADEMIA VITEB. PROFESSORE
CELEBERRIMO
ARTEM DISPV TANDI
EXERCENT

AD D. IV. AVGUSTI A. R. G. MDCLIX.

VITEMBERGAE
EX OFFICINA IOANNIS SAMVELIS GERDESIL.



CYANAS

V I R O

HO^{tii}, bellis vacui gemendis,
Improbus totum tenet ardor orbem,
Nec timet ciuis requiem, nec asper
Fosso aratri.

Otium bello rubefactus Albis,

Otium Marti facilis Viadrus,

Otium turgens nimio Visurgis

Funere, poscunt.

At magis poscit tacitam quietem,

Recreans Musas, Heliconis amnis,

Per vias montis placido susurrat

Leniter Merrans.

Horret armorum sonitus minaces,

Horret incultos equitum tremores,

Horret imbellis genus omne diri

Musa duelli.

Ut silent leges, silet inter arma

Vox Camenarum, nec Anacreontis

Lusus oblectat, nec Horatianus

Barbitus, aures.

Ab lyrae cantu fidibusque Pindi

Martis o quantum rabidi tumultus,

Typani quantum lituus fragore

Discrepat auctus!

Non amant tantos strepitus, sed apta
(Crede Nasoni querulo) canenti
Carminis dulces modulationes
Otia quaerunt.

Haec fauent altae meditationi,
Haec vetant ullis animum serenum
Distrahi turbis et amica doctis
Commoda praefstant.

IngenI reddunt alacrem vigorem,
Nubibus purgant recreantque mentem
Ac sciunt pectus stimulo nigraque
Soluere cura.

Nec solet lasso validum negare
Corpori robur minus otiosum
Otium. Contra terit indecorum
Membra veternum.

Haud enim dispar studiis probamus
Otium, mentem vitians, ut humor
Delitens fossae, nisi motitetur,
Saepe putrescit.

Absit a nobis procul hostis ifse,
Ut venenosus metuendus anguis,
Et fero peior cane foediorque
Peste maligna.

Tale delectat, quod opima praebet
Litteris nostris alimenta, tale,
Quod magis prodest, magis, ac reducas
Mille triumphos.

Tale prae sacrис fluuiis sorores
Otium mulcet Clarias, TIB Ique,
Aemulo Musae, fuit usque cordi,
Dulcis Amice!

Non remittebas tamen otiosus
Litteras unquam, Docilis fugare
Otium, praebens citius nefanda
Pabula foedis.

Vidimus, quantum studii sacraris
Palladi, quantum valeant lacerti,
Saepe mirati bene dedicata
Otia Phoebo.

Artibus mentem sapientiaque
Rite formabas, ut adire posse,
Quae TIBI Numen moderanda credit,
Munia dignus.

Munus oblatum TIBI gratulantes,
Ter simul faustum TIBI comprecamur
Munus, ut portam grauioris olim
Pandat honoris.

Sic adi gressu facili Lyceum,
Quod TVAS artes cupit, otioque,
Quod scholae graeco dedit Rore nomen
Vtere laetus.

I, bonum quo TE iubet ire Numen,
I, TVAE Musae comites sequuntur,
I tamen nostri memor, i benigno
Omine felix.



Ab invicem amissimis manu
Otinum mutato. Cuiusdam DILECTISSIMI
Schenklo. Vnde etiam iste admodum solum
Dilectissimi. Dilectissimi. Dilectissimi. Amicorum

AB 180 007

ULB Halle
002 378 078

3



5b.

VD 17



235

OTIA
 CAMENIS GRATA
 CANVNT
 VIRO
 PRAECLARISSIMO DOCTISSIMOQVE
IOANNI CHRISTOPH GVNTERSBERG
 ARTIVM LIBERALIVM MAGISTRO
 MERENTISSIMO
 MVNVS SVBRECTORIS IN LYCEO
 QVOD TORGAVIAE FLORET
 COLLATVM
 PIE GRATVLANTES
 COMMILITONES ET AMICI
 QVI
 M O D E R A N T E
 VIRO EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMOQVE
IOANNE FRIDRICO HILLERO
 POESEOS IN ACADEMIA VITER PROFESSORE
 CELEBERRIMO
 ARTEM DISPVTANDI
 EXERCENT

AD D. IV. AVGUSTI A. R. G. MDCCCLIX.

VITEMBERGAE
EX OFFIGINA IOANNIS SAMVELIS GERDESIL.